

MOMENTIS, ET, QUIBVS NITIVR, RATIONIBVS,
ΑΝΑΠΟΛΟΓΗΣΙΑ.

Hoc iudicio veritatis lato, ne in Deum iniurii fiamus, atque, cum *Deus E. da-*
evitare volumus Charybdim *Naturalistarum*, si quaeratur de causa *annationis*
huius damnationis, incidamus in Scyllam *Caluino-Reformatorum*, bene *causa non*
prospiciendum est. Quo enim horum praedestinationis aedificium eo *est.*
magis stabiliatur, iustissimum ac benignissimum Numen causam (quod
horremus merito) tum peccati, tum etiam damnationis, constituunt, vid.
EDZARDI *Pelagianismus Calvinian.* p. 64. eiusdemque *Differ-*
tatio, de fugienda unione, C. II. Inprimis autem *Piscator* et *Tossanus*,
omnium nomine, horribilem hanc doctrinam, exemplo Gentilium da-
mnandorum, et quidem ex *ἀναπολογησία* eorum, Rom. I. 20. indicata,
confirmare conantur; utque fidem huic suae opinioni faciant, per *ἵνα* eis,
particulam, finem notitiae naturalis a Deo intentum, innui, falsissime pro-
dunt. Licet enim SCHMIDIVS, in *Comment.* ad h. l. p. 90. nos cum ad-
versariis, sine laesione fidei, in verbis convenire posse, dicat; ita enim se
eius verba habent: *Quinimo, stutique dicamus, hunc esse finem, a Deo in-* *quam non*
tentum; possemus tamen dicere, esse finem, praesupposita praescientia *habuit pro*
diuina; ut frustra ad absolutum beneplacitum confugiatur: ob corru- *sine, nec il-*
ptam tamen, ex hac sententia potius deducendam consequentiam, hanc *lud*
reiiicimus expressionem, atque ab illorum Patrum stamus partibus, qui
nullum finem intentum, sed, eventualem, *ἀναπολογησίαν* dicunt, utpote
Chrysostromi et speciatim *Theophylacti*, eis *ἵνα* εἶναι, non *τελικῶς*, sed *ἐκβα-* *ἵνα*
τικῶς, non *intentionaliter*, sed *eventualiter* accipiendum, atque per *ITA*, *enuncit;*
also dass, uti *Lutherus*, minime per *VT*, *auf dass*, uti *Piscator* et *Tossanus*, in-
terpretandum esse, affirmantis. *Welleri* eadem alicubi mens est; parti-
culam *eis*, h. l. *eventualiter* sumi, non, quod intenderit Deus, sed quod ira
evenerit; non, quod Deus in hoc ipsam indulserit eis sui cognitionem, ut
semel a Deo, ex nudo beneplacito, reprobati, postea nihil haberent, quod
praetexerent suae incredulitati, uti *Piscator* et *Tossanus* interpretarentur;
sed, quod, per Dei cognitionem, eo deducti sint et hoc consecuti, ut igno-
rantiam non queant praetexere, aut ullam afferre defensionem in Dei iu-
diciu, quin, iure sint damnabiles; Ita sumi *eis* 1. Cor. XI. 34. Ioh. IX. 39.
Luc. II. 34. conf. *Balduinus*, *Hunnius*, *Brentius*, *Estius*, *Iustinian.* in
Commentt. in h. l. Ad horum, imo ipsius Spiritus S. mentem, composita
quoque